

satis superg₃ demonstrat in hodierno Evangelio. Conversatur enim familiariter cū Pharisæis, qui ipsi erant infensissimi hostes illum observantes, omnemq₃ navat operam, num ad agnitionem veritatis eos posset perducere. Quapropter hanc Φιλανθεωπίαν Filij D E I, quam in hodierno Evangelio testatam fecit, gratâ mente in nostram consolationem arripiamus, oportet.

NARRATIO.

HOdiernum Evangelium, insignem admonitionem, tam Ecclesiæ pastorum, quam auditoribus proponit. Ecclesiæ pastores, exemplo Christi, mundi ingratitudine non moveantur, ut fiant negligenteres in officio. Auditores vero consideratione Pharisæorum, observantium Christum, patientur se dehortariâ temerariâ ministrorum Ecclesiæ reprehensione, ne & illis in novissimo die coram Christo sit obmutescendum.

Quapropter, ut in nostrum usum illud transferre possimus :

- I. *Christum cōsiderabimus convivam.*
- II. *In convivio hydropici sanationem.*
- III. *Regulam convivalem à C H R I S T O propositam.*

R 4 DE